



quibus patet, quod ita exit solum suae patriae, vel locum mutat, qui exulatus in tribus primis exilijs, sicut qui ultimis.

5 Item adde, quod exulatus, siue relegatus a loco delicti, etiam a propria patria communiter relegatus intelligitur. Iacob de Beluis in practica iudiciaria, tit. de fuga reorum num. 39. quem refert, & sequitur Vulpell. in consil. 58. numero 4.

Item adde, quod exiliu non potest remitti, nisi per solum Principem. I. relegati, ff. de penis, & etiam per iudicem ex iusta causa, ut ibi per Barr. & si exilium de facto datum fuisset, tunc idem iudex illud reuocare poterit. Io. Ant. de Sancto Georg. Praeposit. in c. primis, num. 6. 2. q. 1.

Item adde, quod Princeps ex sola suspitione subditum relegare, vel ut vulgo dicitur, ad confiniam mittere potest sine aliqua cognitione iudiciali. Nat. consil. 625. per totum vol. 3.

6 Item adde, quod tempus carceris post sententiam computatur postea in tempore exilij, nisi condemnatus ex iusta causa detentus fuerit. Franch. in decisione 317. volumine secundo.

7 Item adde, quod carceratus condemnatus in exilium, si reperitur debitor, non potest retineri in carceribus ad instantiam creditorum, donec eis soluerit, instante fisco pro accessu condemnati ad seruandum exilium, siue relegationem; consulatur tamen tunc creditoribus: quia si debitor poterit prestare fideiusoriam cautionem de redeundo ad carceres exilio finito illam praestabit; quando vero non poterit, statur eius iuratoriæ cautioni. Si vero si fides non instaret, sed carceratus, & contradicentur creditores, nullo modo debitor transmittitur, sed in carceribus detinetur, donec soluerit, vel alio modo vietur; ita tradit Franch. in decis. 317. num. 6. cum sequentibus volum. 2.

9 Item adde, quod si iudex imponens poenam exilij ad tempus dixerit; ego condemno Titium in poenam exilij ad tempus, nullo determinato tempore, tunc intelligitur exulatus per decem annos: est text. in l. sine praefinito, ff. de penis, & ibi Bartol. & Baldus in l. 1. c. de postul. columna prima, & si dixerit simpliciter ego condemno ad poenam exilij nulla facta mentione temporis, tunc intelligitur exulatus in perpetuum, I. seruus, C. de penis, & ibi communiter Doctores; ita etiam tenet Gomez. de de delictis, c. 8. nu. 3.

11 Item adde, quod intelligitur datum a territorio, & iurisdictione iudicis, qui sententiam protulit, & non de loco, & iurisdictione penitus extranea, in qua delinquens nullum habitum domicilium, & si iudex loci, ubi commissum sit delictum poterit condemnare in poenam exilij a loco delicti, & a loco originis, & a loco habitationis, ita Gomez. de delictis cap. 8. num. 4. per textum in l. relegatorum, §. intercede, cum §. sequenti, ff. de interd. & relegatis, ubi Bartolus, & communiter Doctores. Baiard.

b Casus autem.] Bossius de carcerato fideiusori committ-

ten d. numero septimo. Ross.

c *Officiales Receptorum Tronunciarum.* Adde, quod nec etiam possunt grauare rusticos, ut sibi praestent alimenta, etiam quod incederet pro malefactoribus inquirendis, vel pro exactionibus collectarum. Ioann. de Plat. per eum text. in l. 2. in tractat. de remed. praesertim. contra pestem, num. 212. Baiard.

d *Nonnullos cines Ca, salenses.* Adde clauis, quae in tali casu solet apponi per sic confinantes, videlicet. Ita tamen, quod ipso confinatio exente confines eidem assignatos, intelligatur incidisse in commissum poenam, vel fideiussionis per confinatum datificque videri seruari; vide supra quaest. 59. vers. & haec quidem, & de poena illorum, qui dicuntur bauer rotte le confine, per Menoch. de arbit. iudic. libro secundo, centuria quarta, casu 325. sub numero septimo. Ex lege Platonis, de qua per eum ibidem in fin. numero septimo; & adde decisionem Rotae Senensis positam post consilia criminalia diuersorum, quae est prima in ordine compilata ab Illustri, & Excellentissimo Petro Calephato, & de eo, qui ponitur ad confiniam, per haec verba do. nec uoluerit; prola ta a Magistratu, vel per haec verba, donec Potestati placuerit; quomodo, & quando dicatur reuocata confinatio, Felynus capit. ex litteris coll. 3. de const. & de transgredientibus confines, late per Chart. de execut. sentent. capit. fin. numero 273. In statu autem Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Ferdinandi de Gonzaga Domini mei pronisa est certa: & determinata poena transgredientibus fines, statut. Riparoli in crimine, rubr. 161. & talis poena habet locum in his, qui banniti, & confinati sunt contra mortem, ut ibidem vide Crauet. consilio 122. sub numero tertio, & vide text. cum gloss. in l. aut damnatum, §. est poena, ff. de pan. Drogh.

e *Quero nunc.* Cart. de execut. sentent. num. 447. Farin. q. 56. vol. 2. art. 8. num. 301. Ross.

14 *Quero nunc.]* Adde, quod bannitus in contumaciam, & sic ex facta confessione ex duobus casibus fit infamis, ut per Decian. consilio 96. num. 25. volum. 3. Baiard.

f *Præterea quero.]* Laurent. Clutcon. communium opinionentur. 1. quaestio. 56. articulo octauo, numero 328. & seq. Ross.

*Præterea quero.]* Bannitus, cum infamis a iure reputetur regulariter a testimonio repellitur, Farinac. q. quinquagesima sexta, numero 328. quamuis aliqui contrarium cenuerint, ut ibi num. 326. Quod procedit non solum in bannito secundum terminos iuris communis, sed etiam secundum terminos statutorum, & consuetudinibus uolentium contumaciam haberi pro confessio, numero 330. Bertazzol. consil. criminali 351. numero 2. quicquid dixerint aliqui consil. 206. in addit. lit. A. in fine, proceditque etiam in bannitis, quibus conceditur saluus conditus ad effectum testificandi, quonia nec hi integræ sunt

fidei, Far. ubi supra num. 331. & seq. Item in bannito tolerato, nam tolerantia etiam non tollit relictis inhabilitatem, & criminis exceptionem numer. 333. Valet tamen ipsius testimonium, quando deponeret extra locum bannitum. 334. cum declaratione, de qua numero 335. tamen aduertendum est, si niter apprehatur, & seruatur. Bannum enim ex contumacia proueniens non irrogat iuris infamiam, ut statim dixi: merito a testificando non repellit. Haec tamen conclusio non transiret absque difficultate, stantibus statutis, & contumax habeatur pro confessio, & conuictio, hoc enim casu potius videtur bannitus ex crimine probato per contumaciam, quam ex ipsa contumacia: & ideo saltem in loco, in quo est bannitus, de iuris rigore forte videretur repellendus. Apud nos tamen quotidie conceduntur saluconductus bannitis, ut veniant ad testificandum: neque propterea repelluntur, licet propter bannum non reputentur tanquam integri testes.

7 *Successive quero, nunc quid bannitus amittat patriam potestatem.* Resp. quod non, & est communis opinio, ut dicit Alex. in l. si cum dotem, §. si patri, nu. 4. ff. solut. matrim. Corn. cons. 55. lib. 2. prout illud refert Boss. in tit. de bonorum publ. post nu. 69. vers. contrarium tamen; licet dicat se vidisse seruari, & imo illam amittat, quo ad bona posita in territorio, a quo est bannitus. Vide quaest. dixi infr. vers. dixi autem. Vtilitas autem huius questionis potest esse maxime: quia quando pater bannitus perdit patriam potestatem, peculium profectitium transit in fiscum: alias secus.

8 *Sed an poterit bannitus testari, aut capere ex testamento?* Dixi supra, lib. 3. §. testamentum, q. 19. & 20.

9 *Quero, an bannitus possit impunè offendi.* Dixi supra hoc

tomo secundo, libro quinto. Giach.

*Vltius quero.]* Farin. d. 1. inspect. num. 70. Ross. in fortiam iustitiae.) Adde supra quaestione 44. versicul. fin. & in §. Testamentum quaestione decimanona, v. r. ficul. Aut vero in principio. Drogh.

n *Quero modo nunc quid bannitus ab vna ciuitate.* Adde, quando intelligatur bannitus a locis nouiter acquisitis, per Alciat. respon. 7. num. 8. tom. 2. lib. 7. Giach.

*Quero modo.]* Adde videndum si Menoch. de arbit. iud. q. 100. num. 16. ubi tenet pattem affirmatiuam, & idem tenet Marfil. consil. 32. num. 8. & Bertazz. consil. 467. numero. 10. vol. 2.

18 *Item adde, quod banniti, & delinquentes status ecclesiastici non possunt stare in regno Neapol. & conuerto, banniti, & delinquentes illius Regni non possunt stare in statu ecclesiastico, & Iudices hinc inde eos capere tenentur, & sibi remittere, per conventionem inter Sanctissimum Pontificem, & Serenissimum Regem Philippum initanda anno 1566. de qua in libr. pragmat. sub tit. de malefactorib. fo. 359. Baiard.*

o *Licet enim aliqua ciuitates.* Adde hic de statu Pallauicino, qui licet sit confederatus cum statu Parma, ut patet in Conventionibus inter vtroque Dominos, & populos initis, tamen de iure retinet talis status propriam iurisdictionem, & proprium Territorium, dixi supra ad q. 59. versicul. secundo ad fin. quaest. 46. versicul. fin. & quaest. 38. versicul. sed certe; Quibus adde, quam late congerit Boer. ad consuet. Bituritu 2. §. 10. post med. Item adde, quod tamen Illustrissimus Dom. Sfortia Pallauicinus in Conuentionibus praedictis de iure non potuit praedicare nostrae Communitati, & populo, nec etiam Marchionibus ex post eius haeredibus, & successibus, ut dixi ad dictam q. 59. ex mente Alc. tract. de praesumpt. reg. 3. praesumptione 8. numer. 9. gloss. ad consuet. Aurel. tit. de feudis cap. 1. ad fin. pract. Papien. in for. libelli in actione confessoria in gl. plenam, & omnimodam iurisdictionem sub num. 9. ad fin. Drogh.

19 *p. Vnum tamen volo, ut scias.]* Adde, quod hoc est de iure communi, quod bannitus de vno loco censetur bannitus de omnibus locis, qui sunt sub eodem dominio, se-